tur necesse est & obiurgatio. Ubi autem correctio ibi laudes
& praeconia & coronae. Ideoque & si ampliori tempore demo
ratus sum foras non me paenit& quia non fidebam de uestrae cari
tatis affectum & integritatem fidei. Sciebam enim uxorem
mihi disponsatam castitate esse munitam. Sicut & in saeculari
coniugio ad sol& euenire. & enim uir quando inpudicam uxo
rem habere se nouit nec prospicere ei de domo permittit qui & si
peregrinari aliquando coactus fuerit cogitur cito reuerti qua
si quodam suspitionis aculeos stimulatus. Qui autem sobriam & cas
tam hab& securus foras moratur. Sufficientem procuratorum mu
nimine mores relinquens uxoris. hoc ego & moyses passi sumus. Ille qui
dem quia inemendabilem synagogam habebat uxorem relinqu&
eam & fornicata est & conpell& eum deus dicens. exsurge descende
impie enim fecit populus tuus. Sed & ego nullam huiusmodi iussionem
accepi. & cum paululum mihi infirmitas corporis accedisse& non me
inqui&auit uestra absentia sed securus de uobis aegrotationis meae
expectaui medellam. Non enim opus habent sani medicum sed qui ma
le habent. Propterea & si retardaui parum a uobis non hoc ad detrimentum
uestri sed ad diuitias puto proficere uestras. quae enim per me. Immo ma
gis per dei gratiam correcta sunt uestra corona est uester profectus est.
& uideo & tripudio gaudeo & tamquam uolitare me credo & gaudii
huius magnitudinem effari non queo. Quid ergo faciam quomodo in
dicabo exultationem mentis meae in testimonium uoco conscientiam
uestram quam uideo ex aduentu meo gaudio esse repl&am quod gaudiu(m) m
corona & laus mea est. Sic enim mea uniuersi uiri praesentia tantam plebem
tali repleuit uoluntati quantum putatis mihi excuisione uestra gau
dium cumulatum. & iacob quidem unum filium uidens ioseph gaudebat
senex & recreabatur spiritu. ego autem non unum ioseph sed omnes uos simi
les illis uideo & gaudeo quia recepi paradisum meum. illi paradiso melio
rem. & ibi quidem serpens erat insidians. hic autem christus mysteria cae
lebrans. ibi eua erat seducens. hic autem est corona nis ecclesia. Ibi adam
seducebatur. hic autem populus adhere& deo. Ibi arbores diuersae. hic autem
donationes uariae. In paradiso arbores marcescentes. In ecclesia arbores

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0286